



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

304. De divisione vestimentorum Christi.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

gotha, quod est Calvariae locus. *Matth. 27.*
v. 33. Marc. 15. v. 22. Et dabant ei bibere
myrrhatum vinum: & non accepit. *Marc.*
15. v. 23. Et dederunt ei vinum bibere cum
felle mistum. Et cum gustasset, noluit bibe-
re. *Matth. 27. Vers. 34.*

II. Postquam venerunt in locum, qui
vocatur Calvariae, ibi crucifixerunt eum, &
latrones: unum à dextris, & alterum à sini-
stris. *Luc. 23. v. 33.* Crucifixerunt eum,
& cum eo alios duos, hinc & hinc, medium
autem IESUM. *Ioan. 19. v. 18.* Erat autem
hora tertia: & crucifixerunt eum. *Marc. 15.*
v. 25. Et impleta est Scriptura, quæ dicit:
Et cum iniquis reputatus est. *Marc. 15.*
Vers. 28.

III. IESUS autem dicebat: Pater, di-
mitte illis: non enim sciunt, quid faciunt.
Luc. 23. v. 34.

MEDITATIO CCCIV.

De divisione vestimentorum Christi.

III. I. Milites ergo cum crucifixissent eum,
M acceperunt vestimenta ejus, (& fe-
cerunt quatuor partes: unicuique militi
partem) & tunicam. *Ioan. 19. v. 23.*

II. Erat autem tunica inconsutilis, desu-
per

per contexta per totum. Dixerunt ergo ad invicem: Non scindamus eam, sed fortiamur de illa, cuius sit. Vt scriptura impleteretur, dicens: Partiti sunt vestimenta mea sibi: & in vestem meam miserunt sortem. *Ioan. 19. v. 23. 24.*

III. Et milites quidem hæc fecerunt. *Ioan. 19. v. 24.* Et sedentes servabant eum. *Matth. 27. v. 36.*

MEDITATIO CCCV.

De titulo Crucis.

I. **S**cripsit & titulum Pilatus, & posuit super crucem. Erat autem scriptum: IESUS NAZARENUS REX IUDÆORUM. *Ioan. 19. v. 19.*

II. Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerunt: quia prope civitatem erat locus, ubi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum Hebraicè, Græcè, & Latinè. *Ioan. 19. v. 20.*

III. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudæorum: Noli scribere, REX IUDÆORUM; sed quia ipse dixit: Rex sum Iudæorum. Respondit Pilatus: Quod scripsi, scripsi. *Ioan. 19. v. 21. 22.*